

174

~~174~~

Pamb.

174

Microfilm made

in
7/12/87

Pui Louw



A
 puero
 juveni
 ac Adolescenti
 inno consummato viro
 seu potius venerando Seni
 tum virtute, tum sapientia
 iuxta enim Divini Amoris Oracula
 profecto Cui sunt sensus hominis
 et aetas senectutis vita immaculata
 huic ergo qui ex utero editus est in lucē lucidus
 qui imperitia tenebra splendoribus oblitescit sapientia
 quia lux tenebris lucet, et tenebra eā non comprehendunt,
 didicat, consecrat, exhibet, candidissimum obsequium
 cultus apertissimus, subactissima propentio
 hos Parnasi flores Pyramidis instar dicatos




Si enim Egypti Pyramidibus

quadratū erat stabilimen, quod est solidissimum, atque
 spirale caput, quod acutissimum. Ceterum. Hic literatura acutissimo
 Capite, et solidissimo stabilimine est præditus. Si Obelisci inter mundi miracula sunt,
 enumerati; Hic in academicis actionibus mundi extat miraculum. Si in Principum
 monumenta constructi sunt Obelisci, hic in monumentum Principis Augusti fabricatur.
 Si aliquando extitit qui soli terreni orbis Pyramidem erexit; hodie etiam, qui sapientia orbis soli
 Pyramidem offerat invenitur. Si à Ramisso Rege collocari Pyramide amantiissimus ipsius filius
 in maiorem operis elationem est iussus, nunc etiam hunc suum dilectissimum alumnū
 ad maximum ejus operum splendorem nostra potest regalis Athenas alia Pyramide
 Constitueret. Hanc demum Pyramidem regale diadema, atque Crux Sancta proferatis
 Symbolo exornat, ac decorat; Hic etenim, ejusque regium diadema maximum Sanctæ
 Crucis insigne est; cum omnibus sit gloriatio, et lætitia et corona exultationis, et Corona
 sapientiæ; cum de eo, attenda Mysteriosissima Persona, a qua adeo sancte pollicetur
 ac sapienter educatur, dici possit: stolam gloriæ induet eam, et Coronam gratulationis
 supponet tibi; quoniam bonum certamen certavi, cursum consummavi, et dei
 mysteria in Theologia difficultatibus adamussim servavi, pro Coronide reposita est
 illi corona justitiæ, quando tanto Magistro magisterialis Laureæ iussum debetur.





*Ethereos oculos haurit patientibus ignes,
 Et princeps astro principe gaudet Avis.
 Tu vicinis spectando Aquilam. Tibi gratia lumen,
 Mens, oculi, ratio, visus et astra Deus.
 Ma suum quærat, perquem videt omnia solem;
 Authorem Solis qui videt, ille videt.*







Non ego fastidios Satires, Aganipidos
 undas,

Cyrrhezque Lacus haurire intendo, fluentum
 Nec Dirces, Ciacros Musis alicve Siquores.
 Pieridum auxilium abjicio, Phæbi, atque Minervæ,
 Threicia modulos citharæ, nervosque canoros
 Non quæram; tu sola Parens augusta Tonantis,
 Tu Vatem, tu Diva mone, rorem ipsa Cadentem
 Da menti, et casamo gracilem præbe alma Seporem,

Dum

5

*Num canimus juvenem egregium, qui sistitur aris
Victima amica tuis, Colit et tua Numina factus.
Tuque etiam, Antoni illustris, placido accipe vultu
Ingenii trepidantis opus; demore tributum
Solvimus, et meritos tibi decantamus honores.*

*Proposuit quondam Damoetæ ænigma Menalca
Tam cæcum, arcanumque illi, ut sine voce siletet.
Ced mihi falci sapientior Oedipus adstat,
Regalis soboles, qui tale ænigma resolvat.
Ergo tibi, eximie o Salomon, gemma ignea nostræ
Ætatis, splendor Lysia, Cydusque coruscum,
Aurelium immortalæ decus, velut ille Menalca,
Carmina deducam, et simili modulabor avena.
*Dic quibus interis inscripti nomina Regum
Nascantur flores? tua non responsa requiro,
Auguste Antoni, patet inte ænigma relatum.**

Fer=

Fertilis hos primum profert Collymbria flores,
 Verque novum prior ipse refers, prior ipse virebo
 Exoreris, nostrisque fragrans das nomen Athenis
 Regificum, quod Longa trahes post Saecula nomen,
 Laudibus egregiis volitans per regna, per urbes.
 Florigerum decus impertit redolentior **Anteos**
 Sponte sua, cadit atque tibi, clarissime Princeps,
 Iure quidem; flos pulcher ades, flori inde coronam
 Aptavit Natura docens, quam rara venustas
 In puero, mores, sapientia quanta fuisset.
 Quis dubitet rarum te nunc florem esse Menalca,
 Talia cum videat; solus tu aenigma resolvit,
 Semine Regali tu qui flos regius extas,
 Tuius ad aspectum Salomonis gloria sistit,
 Inchyta Maestas simile huic nequid vestit aurum.
 Seegerat hoc aenigma aliquis, scripsitque monetâ
 Hos suscipi Flores triplici cum Lemmate, **Casar**

Hinc

7
Hinc Augustus adest; alibique effingitur auro
Florus et ex Aquila socius, qui nomina sumpsit.
Hæc etiam quis non videat tibi posse referri,
Nam tua mens radians aurum est, auri que talentum
Equiparat, tibi exprimitur tibi imago Joannis,
Cæsaris Augusti Europæ; tibi nomina Flori
Digna manent, florem egregie qui ducis ab Anthos,
Nubigenæ, et demore Aquilæ qui Cydeta trahas,
Divino ingenio, studio, tantoque Magistro;
Idcirco Doctorum Aquilæ generosa secutus
Agmina, fulgens, celeres tollisque volatus.
Egregium facinus, quod mundo ostentat aperte
Alituum Princeps, est figere Sumina Phæbo
Præcipiti, et fixo intuitu, quando igneus ardet.
Tu melior Princeps radios mente ebibis omnes
Artibus ingenuis, Solis quæ more venident.
Testantur tuæ facta Aquilam, clangore sonanti



Guan-

Quando adimis Cedro, juvenili inflore medullam,
Et penetras arcana Dei, renovasque juventam
Hoc sacro influvio, et redimitus tempora sertis
Quadrijugo curru inveheris clamore secundo;
Desuper ascendit volucris Saturnia sicut
Templa Dei; tantum superas, penetrasque volatus.
Imo etiam egrediens sublimi in vertice sedem
Extruis, illa parat veluti inter Sydera nidum;
Nec mirum hoc, quando Capiens dominatur in Astris.

Sic tu vere novo Antoni florescis, et halas,
Alterius similis Jusi, clamys effluit albo,
Est eadem Patria, est eadem tibi gratia vultus,
Nativa integritas geminis, ac lucida virtus.
Ille prior pietate fuit, tu deinde secundus.
Augustam Abbariam coluit puer ille sacello,
Dilectam matremque simul, Sponsamque vocavit;

Su

9

Tu pariter reverere animis æqualis, et annis
Hanc Divam obsequio tam miro, ut sumptibus ædem
Condideris magnis, Sim quæ maxima semper
Dicetur nobis, et erit quæ maxima semper.
Mius ante Aram exuvias, mentisque triumphos
Suspendis, spolia, et Victricis pignora famæ.
Ille domo Patria exivit, Vincentius ulnis
Accepit puerum; tu eadem vestigia Lustrans,
Regalem fastum, atque Augusta Palatia mittens,
Illic te recipis, Sanctam exercesque juventam.
Carnobium Crucis ille adiit, quo disceret artes
Ingenuas, nervos vitæ, fontesque bonorum,
Ut consummatus Sapiens, fieretque Magister.
Tu pariter Crucis ipse domum conscendis eandem
Fisque gravis Doctor, Sapiens, celebrisque Magister.
Ille sodalium Seraphim, regimenque secutus
Francisci, documenta daret qui maxima Cæli.

Tu

Tu moderatoris clari documenta prendis,
 Ecce tuis Inopam, atque tui, Seraphine, sodalis,
 Optima, præclaros mores, geniumque benignum,
 Virtutemque bibis. Muscoso è fonte perennem.
 Hunc adhibes merito socium cui necdesis ipse;
 Nam tibi si illius celebris quaratur origo,
 Invenies equum esse domum Crucis auspice Cælo,
 Adjungi que tibi, Antoni, nexuque Ligari,
 Sanctas quando Cruces prior ordi Antonius optat.
 Et si oculis relegas tua Gemmata clara, notabis
 Vulneribus bene vinciri quinaria sacris.

Ergo sodalitie hoc grato vive optime Princeps,
 Gloria Lysiadum, deus immortale tuorum;
 Vive diu, precor incolumis, Flos optime, felix
 Aurelium columen, splendor nitidissime Regni.
 Pulchrior effigies, ælique Joannis imago;

Vi =

Vive precor, roseis que tuis fulgoribus orbem
 Mostra, emporium sapientum, et lumine reple,
 Atque triumphali redimitus tempora Lauro,
 Attento ingenio tam subtili arteposito,
 Divulgare omnes, defendere, coge fateri,
 Divinum florem te non solum esse Menalceæ,
 Verum etiam terra Sal esse, orbique nitorem.



